Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1195
Quelle:
Copyright:



*ce* praeced. Initium Scripti: *Cum uenerit igitur plenitudo temporis. Liber sententiarum sicut quidam fluuius paradisi egrediens de loco voluptatis* &c. Finis: *et eam sua maiestate impleuit, qui est benedictus in secula seculorum amen.*

II. *fol. 75. Incipit breuiarium ad omnes materias inueniendas in Jure canonico.* Ita quidem: *Verborum superficie penitus resecata de talento credito nobis* (vobis) *relinquo socii margaritam ut qui stomacho lacessente non possunt uigilias cruciboli sustinere presens opusculum amplectantur, et sint cingulo iuris canonici in momento temporis precincti quod per multa tempora sine maximo labore non poterant adipisci.* Ne vero putes *Margaritam* hanc esse *Martinianam* illam, quae et seorsim et in Corporibus J. Can. saepius impressa est, additur ad calcem: *Expiicit breuiarium magistri bernardi ad omnes materias inueniendas in Jure canonico.* Varii in hoc Jure elaborarunt *Bernardi*, *Papiensis*, *Compostellanus* seu *de Montemirato*, et *Bottonus*, unde difficile dictu est, e cujus Scriptis noster hic Index carptus sit.

## DX.

U.413 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior 166. f. per duas columnas luculente exaratus, rubro distinctus, et testamento *Thomae Haselbachii*, cujus mors disertis verbis a. 1464. adfigitur, κτημα Collegii Ducalis olim nostri inscribitur: *Super quartum sententiarum fratris petri de tarentasia pape* (Innocentii V. ✠. a. 1276. post 5. Papatus menses) *de ordine predicat.* Agunt de celebri Theologo Bibliothecarii Ord. T. I. p. 350. ejusque Commentaria in omnes IV. *Sentent. Libros* typis excusa perhibent *Tolosae* 1652. f. Nostra incipiunt: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris* &c. *In uerbis istis duplex effectus sacramentorum, de quo in hoc quarto libro agitur, sufficienter exprimitur.* &c. Definunt: *qui est via in exemplo, veritas in documento, vita in premio, Joh. XIV. ad quam vitam ipse qui est via nos perducat, cui est honor* &c. *Explicit quartus liber super sententias fratris petri de Tbarentasia.* Per decursum varia manu paullo recentiore subpleta sunt in marginibus.

## DXI.

Codex membraneus lat. Sec. U.311
XIV. Folior. nunc 227. f. per duas columnas commode exaratus, et coloribus distinctus continet F. *Aegidii de Roma*, seu *Columnae*, dicti *Doctoris Fundati* O. Erem. S. *Aug.* et *Augustinianae* Scholae Principis, qui Archiepiscopus *Bituric.* a. 1316. *Avenione* decessit, *Commentarium in I. Sententiarum Petri Lombardi* primis aliquot foliis mutatum, unde nunc init: *consequens rationem ut dicit dam. II. libro cap. XXII. Inde est quod sola rationalia* &c.

Sub-